

Obiectio.
Solutio.
DIRETTIO.

scensionibus immoratus sim, quandoquidem directiones præcipue tractare institu-
erim: nemini profecto iniquum videri debet illud; si quidem absq; noticia ascensi-
onum ac descensionum directiones absolui nequeunt, imo directio non est aliud ni-
si arcus quidam Aequatoris, coascendens vel condescendens cuiusdam arcui eclipti-
cae, aut alij internallo duorum locorum cognitorum, veluti inferius explanabitur.

Quicunq; igitur in dirigendis significatoribus expeditus esse volet, in computu a- *Vsus ascen-*
scensionum ac descensionum prius apprime exerceatur necesse est. Nunc ad nego- *sionum.*
tium æquandarum domorum descendere libet. Ea namq; res doctrinam directio-
num antecedere debet, cum significatores nonnunquam ad cuspides domorum,
aut ipsæ cuspides ad alia loca dirigi solent.

DECIMVM QVART. PROBLEMA.

Initia duodecim domorum calibrationib[iliter] constituere.

Priusquam ad propositum absoluendum venietur, paulo altius ordiendum est, *Alcabitij.*
ne præcepta nostra inania ac fundamento carentia quispiam suspicetur.

Tres æquandarum domorum accepimus modos, quorum primus & vsita- *I. modus*
tissimus arcum semidiurnum puncti eclipticæ orientalis, aut arcum Aequatoris ei æquanda-
similem in tres æquas secat portiones, & arcum seminocturnum eius in totidem, *rum do-*
per punctaq; diuidentia, & punctum eclipticæ orientale, ac polum mundi utrumq; *morum*
fingit quinq; circulos magnos, qui cum Meridiano totum Zodiacum & totum cœ- *cælestium.*
lum in 12. partes diuidunt, quas vocant domos. - 115.

Resolutio. Hæc domorum distinctio quam fluxa & fragilis sit (pace vulgarium Astrono-
morum dixerim) ex problematis, quæ super almagesto Ptolemai conscripsimus,
aperte quiuis intelliget. Nā vt ex multis pauca decerpantur, spacia domorum h[abitu] ac le-
ge distinctarū magnitudines certas ac firmas seruare nequeunt, quas profecto seruan-
das esse confiteberis, si circa influxus aut proprietates huiusmodi domoru[m] recte phi-
losophari libeat. Oriente quippe Ganicro in regione, diem longissimum i 6. horarum
habente, 11. domus, verbi gratia, spatium tenet duplum ei, quod habet talis domus
vndecima ascende Capricorno. In regione aut, cuius dies maximus 18. horas æ-
quaes complectitur huiusmodi spacia 11. domus in proportione tripla reperiuntur. 102. 246
Cui ergo persuadebitur vsquam, eundum esse influxum tam diuersis quam inæqua-
libus cœli partibus? siue cœlum quiescens posueris unde virtutes 12. domiciliorum
deruentur, siue propter variam cœli ad faciem terræ habitudinem proprietates do-
morum distinxeris, etiam domos ipsas ab Horizonte truncari necesse erit. alteris
quidem eārum partibus supra Horizontem, alteris autem sub Horizonte manenti-
bus: quod sententiæ vñanimi prisorum philosophorum contraire liquet, afferen-
tium sex quidem domos totas supra Horizontem, sex autem sub eo constitui. Præ-
terea stellam aliquam iam dudum ortam, in domo prima imprudens sистet Astro-
nomus: stellam deniq; longè ab Horizonte occidentali sursum relictam sextæ
domui

